



Prof. Valentina Felici  
<http://felicidadistudiare.com>

Romanum imperium a Romulo exordium habet, qui Rheae Silviae, Vestalis virginis, filius et Martis, cum Remo fratre uno partu editus est. Is, cum inter pastores latrocinaretur, decem et octo annos natus urbem exiguam in Palatino monte constituit. Condita civitate, quam ex nomine suo Romam vocavit, haec fere egit. Multitudinem finitimorum in civitatem recepit, centum ex senioribus legit, quorum consilio omnia ageret, quos senatores nominavit propter senectutem.

Tum cum uxores ipsae et populos suos non haberent, invitavit ad spectaculum ludorum vicinas urbi Romae nationes atque earum virginis rapuit.

Commotis bellis propter raptarum iniuriam, Caeninenses vicit, Antemnates, Crustuminos, Sabinos, Fidenates, Veientes. Haec omnia oppida urbem cingunt.

Et, orta subito tempestate, cum non comparuisset, anno regni tricesimo septimo ad deos transisse creditus est.

EUTROPIO

---

Romanum imperium a Romulo exordium habet, qui Rheae Silviae, Vestalis virginis, filius et Martis, cum Remo fratre uno partu editus est. Is, cum inter pastores latrocinaretur, decem et octo annos natus urbem exiguam in Palatino monte constituit. Condita civitate, quam ex nomine suo Romam vocavit, haec fere egit. Multitudinem finitimorum in civitatem recepit, centum ex senioribus legit, quorum consilio omnia ageret, quos senatores nominavit propter senectutem.

Tum cum uxores ipsae et populos suos non haberent, invitavit ad spectaculum ludorum vicinas urbi Romae nationes atque earum virginis rapuit.

Commotis bellis propter raptarum iniuriam, Caeninenses vicit, Antemnates, Crustuminos, Sabinos, Fidenates, Veientes. Haec omnia oppida urbem cingunt.

Et, orta subito tempestate, cum non comparuisset, anno regni tricesimo septimo ad deos transisse creditus est.

EUTROPIO



L'impero Romano ha inizio da Romolo che fu figlio di Rea Silvia, vergine Vestale, e, per quanto fu ritenuto, di Marte e fu generato assieme al fratello Remo con un unico parto.

Egli, mentre compiva scorrerie tra i pastori, a diciotto anni fondò una piccola città sul colle Palatino. Fondata la città, che chiamò Roma dal suo nome, fece più o meno queste cose. Accolse nella città una moltitudine di popoli confinanti, scelse cento anziani, affinché facesse ogni cosa con il loro consiglio, e li chiamò senatori per l'età avanzata (vecchiaia). Allora, poiché Romolo e il suo popolo non avevano mogli, invitò a uno spettacolo di giochi le popolazioni vicine alla città di Roma e rapì le loro vergini.

Scoppiate guerre per l'offesa delle fanciulle rapite, sconfisse i Ceninensi, gli Antemnati, i Crustomini, i Sabini, i Fidenati, i Veienti. Tutte queste città circondano la città (di Roma). E sorta improvvisamente una tempesta, non essendo riapparso, nel trentasettesimo anno di regno fu creduto che fosse salito agli Dei.